2184

Feria Sexta post Festa Solennia Sacri Pentecosten proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

30/v

Zbikowski suo et aliorum nomine, Gnosum Korniakt et alios Quietat.

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibusque Praemysliensibus personaliter Comparens Gnosus Thomas Zbikowski sanus mente et corpore existens a Terris, Districtibus, Juribus Jurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus suis recedendo praesentiuero Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Praemysliensi quo ad actum modernum attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque Subijciendo, palam, libere, publice ac perexpressum

291 recognouit. Quia ipse Suo et Generosarum Annae Lezynska Consortis suae legitimae tum Catherinae Zbikowska Filiae sui Recognoscentis Generosi Andreae Walawski Consortis legitimae, tum Nlis Elizabethae Brathowska et Reginae Sieprska ad praesens Gnosi Matthiae Rybinski Consortis tum Honestae Barbarae Famulae suae pro quarum ratihabitione cauet ac se praesentibus inscribit Nomine Gnosum Carolum Franciscum in Białoboki Korniakt, tum Nlem Cieminski ipsius Famulum nec non Honestos Beleszynski Wachmagistrum dictum tum Famatos Panko Sabat, Gnatkow tres fratres Andream Molendinatorem Iwan Kusnierz Iarema Stanislaum Kodica Kalwaryka Iwan Wasko Kusznierz Oleiarz Oppidanos ex Oppido Krzywcza aliosque quosuis tam Famulos quam Draganos eiusdem Gnosi Korniakt atque Oppidanos Krzywczenses in Processu Causarum infrascriptarum Specificatos DE Causis et Actionibus Judiciariis Prima quidem ratione Curiae Bonorum Oppidi Krzywcza Possessionis tunc temporis sui Recognitis

Arendatoriae.

Arendatoria per Famulos Draganos atque Oppidanos Krzywcenses protunc Subditos suos tempore in Processu Causae expresso circumductionis obedientiae Subditis Interdictionis sui Recognoscentis et Consortis Suae atque praefatarum Walawska filiae suae tum Bratkowska et Rybinska cum reliqua Familia sua Sub Custodia detentionis incarcerationis nonnullorumque ex Actoribus Convulnerationis de bonis Oppidi eiusdem Krzywcza expulsionis. Altera vero Causa ratione Statutionis praefatorum Famulorum tum Draganorum et Subditorum suorum ex Oppido praefato Krzywcza occasione praemissarum Violentiarum inculpatorum Deinde Tertia ratione Vaccarum duarum circa praemissam Violentiam expulsionem receptarum ad Forestam Regiam non praesentationis primum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense institutis et intentatis deinde per Viam appellationis ad Iudicium Tribunalicium Regni Lublinense devolutis tum de quibusvis Decretis tam in Contumaciam quam ex Veris Controversiis in Causis iisdem latis ipsisque poenis Banitionum tam Simplicium quam perpetuarum in eisdem Causis in praefatis Iudiciis Tribunalicijs Regni Lublinensis obtentis earundemque poenarum Banitionum publicationibus, Tum de Protestatione coram Actis Officij praesentis ratione praemissorum facta, atque de Obductionibus Vulnerum Necnon de quibusvis in Causis praefatis expeditis Exequutionum per Officium Castrense Capitaneale Praemysliense Actibus, totoque Causarum earundem antecedenti et subsequenti Processu in quocunque et gradu puncto Iuris dependenti tum de quibusvis Interceptis Contractibus scriptis manualibus Chyrographis roboratis et non roboratis ratione praemissorum bonorum initis et conscriptis, eorumque Roborationibus coram quibuscunque Regni Actis recognitis Omnibus denique praetensionibus, Iniurijs, et damnis ex occasione praemissorum modo quovis exortis ob sufficientem et plenariam pro praemissis Omnibus praestitam Satisfactionem quietat emittit, et Liberum perpetuo cum posteris pronunciat, praefatumque Generosum Korniakt a Causa Statutionis supra Scriptorum inculpatorum omnium

dimittit, et absolutum facit, Causas suprascriptas Protestationes, Vulnerum
obductiones, Ministerialium quasuis relationes, aresta ac Decreta quauis
tam coram Officio Castrensi Capitaneali Premysliensi quam in Iudiciis
Tribunalis Regni Lublinensis prolata, tum poenas Banitionum tam Sim-
plicium quam perpetuarum earumqz publicationes atqz Approbationes
Actus quosuis Exequutionum in Bonis Villa Wapowce eius de Generosi
Korniakt factarum, ipsumqz Actum Inquisitionis seu Scrutiny in Causis
eisdem coram Officio praesenti expeditum totumqz Causarum earundem Progres
sum in quocunqz puncto et gradu Iuris dependens necnon Intercisas ali-
asqz quasuis Inscriptiones super praefata Bona Oppidi Krzywcza per
praefatum Gnosum Korniakt sibi Recognoscenti recognitas tum Scripta que-
uis manualia Hyrographas earumqz Roborationes occasione praemissorum
modo quouis intercedentes praetensionesqz quasuis et Iniurias ad diem
praesentem interuenientes in toto et per omnia cassat Mortificat et annihilat
sibi suisqz posteris ratione praemissorum omnium perpetuum imponendo
silentium. Praeterea idem Recognoscens Gnosus Zbikowski debebit,
et tenebitur prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter
omnibus summisqz quibusuis pecuniariis habitis et habendis supradicto
Gnoso Korniakt, et supradictis personis Draganis Famulis, et Subditis
illius eorumqz posteris inscribit et obligat praesentibus suprascriptas Gene
rosas Annam Lezynska Consortem suam cum assistentia sui Recogno
scentis tum Catherinam Walawska filiam suam et Reginam Rybinska
cum assistentia Maritorum ipsorum ad approbandum per ipsas Inscriptio
nem praesentem quietatoriam uel similem suo pro interesse fauendam ad Acta
quaeuis authentica Regni Vim perpetuitatis in se habentia intra de
cursum sex septimanarum uel in euentu mortis successores illarum ad
ducere et personaliter statuere ab eisqz uel earum successoribus Vt prae
missa debite exequantur efficere. Ad tempus uero Statuitionis
suprascriptarum Statuendarum uel in euentu mortis successorum illa
rum debebit et tenebitur prout se ac suos successores in et super bonis
suis generaliter Omnibus ac summis quibusuis pecuniariis habitis
et habendis

et habendis idem Recognoscens Supraseripto Gnoso Korniakt eiusq famulis
et Subditis ac eorum posteris inscribit et obligat praesentibus ipsos eorum po
steros ab omni et quauis impetitione iuridica quarumcunq personarum Cuius
cunqs Conditionis status et sexus cuiusuis existentium ex re persona et
occasione supratactarum Statuendarum, tum ex occasione praefatae Nobilis Eli
zabethae Brathowska et Honestae Barbarae famulae suae modo quouis exo
riunda, in Omni Iudicio et Officio Regni semper toties quoties opus fue
rit tuen defendere euincere intercedere et eliberare, indemnesq cum po
steris reddere, idqs sub damnis Terrestribus simpliciter absqs corporali
Iuramento taxandis et edicendis per praefatum Recognoscentem siue eius po
steros memorato Generoso Korniakt eiusqs famulis ac subditis ac eorum po
steris ob non complenonem praemissorum Omnium et Singulorum tam in toto
quam in parte toties quoties opus fuerit ad soluendum Succumbendis
Proquibus quidem damnis Terrestribus simpliciter absqs corporali Iuramen
to taxandis modo praemisso ad soluendum Succubitis, ac re aliqua princi
pali ex praemissis non completa complenda Citatus existens memoratus Reco
gnoscens Gnosus Thomas Zbikowski cum suis posteris ad instantiam Su
prascripti Caroli Francisci in Białobski Korniakt, eiusqs praefatorum fa
mulorum Subditorumqs ac eorum posterorum ad Officium praesens Castrense
Capitaneale Praemysliense extunc recessu supraseripto quo ad respondendum
spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio
stare Iuri parere, respondere damna praetacta terrestria simpliciter absq
corporali Iuramento taxata luere Inscriptioni praesenti satisfacere ac etiam
omne iudicatum pati debebit et tenebitur seqs ac suos successores ad eadem
omnia inscribit et obligat praesentibus illum Terminum primum peremptorium
et alios omnes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmi
tate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra
Regnum seruitio Militari ad munimenta ad Exactorem vel aliis
quibusuis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo
Ad Quietationem praeterea ultra primos, et proximos Officij praefati

Castrensis Capitanealis Praemysliens. Terminos Dilationem Sibi non recipiend. nullasq; motiones, apellationes ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis Quaestionibus suspendiobus fatalis Iuris Positione Terrestri, bello Conventionesq; ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo quovis alio evadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa mediante.

Perillustris et Adm. Rdus Gladysz atq; Gnosus Zaboklicki Intercisam Roborant.

Comparentes personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliens. Perillustris et Adm. Rndus Matthias Gla-
243 dysz Canonicus Praemysliensis et Xenodochij ad Sanctum Spiritum Praemysliae consistens Praepositus ab Una, atq; Gnosi Stephanus et Nicolaus Zabokliccy fratres inter se germani parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris, Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq; suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq; subijciendo palam, libere, publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit Quia ipsi sibi mutuo et invicem Una Pars alteri ac posteris Utriusq; Partis se ac suos successores in et super bonis suis generaliter Omnibus summisq; pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus Intercisam certam inter se Recognoscentes ratione certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum de actu et data illius hic Praemysliae die hodierna in actu contenta confectam et conscriptam Manibus Recognoscentium propriis ab utrinq; subscriptam In omnibus et singulis eiusdem Intercisae Conditionibus Punctis Clausulis articulis Vadio, ligamentis ac nexibus generaliter Universis firmiter tenere, complere, exequi, ac inviolabiliter observare Omnibusq; et singulis eius contentis